



**Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. XI. An sponsa de præsenti possit religionem ingredi, si à sposo sit  
carnaliter cognita per copulam violenter extortam?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

præjudicium non patiatur altera pars; neque tamen hoc bimestre tempus conceditur ab Ecclesia, quasi post duorum mensium lapsum statim proficeri deberet pars illa, quæ religionem ingressa fuit, cum integer annus ad probationem est, ut alia novitii, in favorem scilicet religionis, concedatur; sed ad deliberandum, utrum ingredi velit religionis noviciatum, ita ut toto hoc tempore duorum v. g. mensium, intra quos de religionis ingressu deliberare potest pars, quæ vult religionem ingredi, & toto tempore novitatus, utique dum in religione tali proficeretur, exspectare debeat altera pars, quæ in seculo manet, neque possit ad secundas nuptias transire ante professionem factam: quæ mors difficilis ei esse non debet, qui juris hujus guarus, cum tali persona contraxit, & possit etiam a judice Ecclesiastico tali personæ, si in fraudem alterius mariti v. g. multas religiones tentare velit, certum tempus prescribi, intra quod vel proficeretur, vel ad matrimonium rederat.

## §. XI.

*An sponsa de praesenti possit religionem ingredi, si a sponso si carnaliter cognita per copulam violenter extortam?*

**R**esponderetur, si post bimestre, vel illud spatium, quod ipsi a judice Ecclesiastico ad deliberandum de ingressu concessum fuit, sponsa v. g. de praesenti violenter fuit cognita, non potest amplius ingredi religionem, quia in talibus, sicut jus nullum amplius habuit sponsa talis ad negandum debitum con-

jugale, ita alter habet ius petendi, & consequenter cogendo illam ad consummandum matrimonium, utitur jure suo, & censetur propriè, ac justè consummatum matrimonium, post quod non conceditur invito altero ingressus in religionem, ut ex dictis jam patet. Si vero intra tempus ad deliberandum concessum per vim optimatur sponsa v. g. aut quando jam ingressa est religionem, ante factam tamen professionem, potest nihilominus invito etiam sponso ingredi religionem, vel in ea proficeri, cum per injuriam talis copulae injustè extorta, non potuerit ipsi libertas ad religionem transiendi adimi, ne alteri ex injuria tali à te illata commodum aliquid accedat, & patiarie aliquid in iure suo injustè violata (nisi per accidens aliunde ratione danni aliquid impeditur ab ingressu talis viola- la a) absque consensu tamen hujus, sicuti postea non potest ingredi religionem maritus talis, ita ex probabiliore non potest, etiam si violata taliter in religione proficeretur, ad secundas nuptias transire, cum pertalem violentam copulam vere consummaverit matrimonium, qui violentiam intulit.

## §. XII.

*An & quare ratione conjugatus possit, vel non possit ordines suscipere, vel ad Episcopatum assumi?*

**N**on posse conjugatum ad sacros ordines promoveri, nisi uxor licentiam dederit, decernitur in e. coningatur s. b. s. five consummatum, five ratum tantum sit matrimonium, ut ne scilicet per Fffz talem